



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Parallela Geographiae Veteris Et Novae**

**Briet, Philippe**

**Parisiis, 1649**

Cap. VI. De Rhætis, les Grisons.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13167**

CAPVT VI.

De Rhæti, les Grifons.

**R**HÆTORVM nomen Grifonibus relictum est, licet illi longè plus terrarum occupassent, vt ex antiquâ Geographiâ constat: ideoque à peritioribus non Rhæti nudè, sed Rhæti Alpini nuncupantur. Postea Cani dicti sunt, & in præsentia ab eruditis Cani fœderati appellantur. Vnde autem Grifonum acceperint nomen incertum: similius vero sic dictos esse à pannis cinericij coloris, seu grifacei quo induti erant legati primæ partis cum in fœdus conuenerunt. Tota Regio montibus horret, ideoque aspera, & sterilis, quare non malè Legatus Gallicus hîc montes superbix, valles miserix se reperisse dictitabat, alludens ad superbos Gentis illius mores. Tota est egregiè munita contra hostium impetus, habetque quatuor duntaxat angustos aditus, qui per 20. homines facillè seruari possunt, 1. per Comensem lacum in Italiam. 2. per vallem Camonicam in Venetam diuisionem. 3. per vallem Oeni in Comitatum Tirolensem. 4. In Heluetios, & Suabiam per pontem Curix. Post varia inter se fœdera Grifones tandem omnes sociati sunt anno 1471. in loco *Vatzerol*, in ditione *Belfort*, ac demum nostra ætate anno 1613. statuerunt vt omnes conuenerent quotannis in festo S. Ioan. Baptistæ: & hæc Comitia vocant *Bundstag*, vbi pars superior mittit 28. Legatos, Cathedralis 24. 10. Iurisdictionum 15. cum Cancellario & lictore. Cum Gallis coniuncti sunt eodem fœdere vnà cum Heluetiis, & cum iis militant Regi, plerumque tamen legionem separatam efficiunt.

§. I. Grifones Fœderati.

<p>FOEDVS SVPERIVS seu CANVM, Germanicè OBERPVNT,</p>	}	<p>ILIANTVM: <i>Ilantz</i>, ad confluentias Fl. Glenner in Rhenum, &amp; vbi Rhenus collectis fontibus verè incipit esse Rhenus.                  Defertinum, seu Discentisum: <i>Dessentitz</i>, ad Rhenum Abbatia celebris, cuius Abbas loci Dominus cum iure monetæ percutiendæ.                  Tronum: <i>Trums</i>, aut <i>Tront</i>, vbi Comitia huius</p>
---	---	--

H iij

- fœderis celebrantur.
- la Ligue Grise,* Rhætium castrum: *Ratzans*, vnde Baro nomen habet, locus sat munitus.
- in 22. discretum partes. Rogoretum: *Rufflée*, seu *Rogoretz*, in valle *Galança*, Comitum *de Maxos*, vbi palatium à Triuultis excultum.
- FOEDVS CATHEDRALE, seu DOMVS DEI,
- Germanicè GOTTHOVSPYNT,
- la Ligue de la Maison Dieu,*
- ob Episcopum, diuisum in 21. Communitates.
- CVRIA: *Coire*, Germanicè *Chur*, ad Fl. *Plesfur*, incolæ dicunt antea dictam esse *Imburgum*: Episcopus Imperij Princeps.
- Tinitionum, seu Tinetio: *Tenczon*, aut *Tintzen*.
- Imum castrum: *Tiffen Casten*.
- Heremusium: *Remuff*, in Engadinâ superiore, vbi & castrum *Trasp*, locus vterque ditionis Austriacæ.
- Suntium: *Zutz*, ad Fl. *Oenum* in Engadinâ superiore.
- Auerensa: *Auers*, nonnullis *Anuers*, sed corruptè.
- FOEDVS X. IURISDICTIONVM,
- Germanicè ZEHEN-GERICHTEN PVNT
- les dix Droictures,*
- quarum 8. Præfecturæ reguntur à Præfecto Rheto, quem Austrius deligit, aliæ duæ à Præfecto quem Grifones mittunt.
- DAVOSIVM: *Tafâs*, vicus in quo curia huius fœderis.
- Albanoua, seu Belforia: *Aluinau*.
- Barpona, seu Coruantiâ: *Churual*, Abbatia ad Fl. *Raboff*, vnde hærefis fermentum prodit in hæc loca.
- Prælonga: *Languis*.
- Fanum S. Petri: *Sant-peter in Schansil*.
- Cœnobium in valle Rheticâ: *Klosterlein im Prettigou*, seu *Retigou*.
- Castellum, vel Ienatia: *Castelz*, vbi residet gubernator selectus ab Austriaco, qui octo Iurisdictionibus ius dicit Austriorum nomine.
- Acceria: *Schiers*.
- Maia-villa, seu Lupinum: *Meyensfeld*, à qua non procul balnea calida, vbi Præfectus Grifonum ius dicit duabus Iurisdictionibus.
- Malansia: *Malans*, ad Fl. *Langarum Languart*.

§. 2. Grifonum subditi.

<p><b>VOLTURINA VALLIS,</b> <i>la Vallée,</i>  ab alijs diuisa in sex Præfecturas: prædictis enim quinque, quarum vrbes tantum protulimus, aliqui addunt BORMIENSEM.</p>	<p><b>TERTIANA SUPERIOR</b> Terzero de Sopra, <i>le Tiers de dessus, ou de Tirano.</i></p>	<p><b>TIRANVM:</b> <i>Tirano</i>, ad Fl. <i>Adda</i>, à quo non procul castrum vbi nobiles familiaria; est quoque Præfecturæ caput.</p>
	<p><b>TERTIANA MEDIA</b> Terzero de Mezo, <i>Tiers du milieu, ou de Sondrio.</i></p>	<p><b>TELLIVM:</b> <i>Tell</i>, seu <i>Teglio</i>, aut <i>Teio</i>, alterius Præfecturæ caput; ab hac vrbe Regio nomen traxit.</p>
	<p><b>TERTIANA INFERIOR</b> Terzero de Sotto, <i>Tiers d'embas, ou de Morbegno.</i></p>	<p><b>SONDRIVM:</b> <i>Sondrio</i>, Germanis <i>Sonders</i>, ad Fl. <i>Maler</i>, vbi Prætores totius Prouinciæ degunt; vrbs satis lepida, &amp; caput totius Regionis.</p>
<p><b>BORMIENSIS REGIO</b> <i>le Pays de Bormio,</i> diuiditur in quinque municipia, vulgò <i>Cömunautcz.</i></p>	<p><b>BORMIUM:</b> <i>Bormio</i>, ad confluentias <i>Addæ</i>, &amp; <i>Fredolfi</i>, Germanis <i>Vorms.</i> <i>Iuga Rætica: le mont de Braulio.</i></p>	<p><b>MORBENIVM:</b> <i>Morbegno</i>, ad Fl. <i>Bitto</i>, aut <i>Bitter</i>, Præfecturæ caput.</p>
<p><b>COMITATUS CLAVENENSIS,</b> <i>le Comté de Clauen, ou de Chiauen.</i></p>	<p><b>CLAVENNA:</b> <i>Clauen</i>, aliter <i>Chiauenna</i>, vrbs lepida firmata castro, mercatoribus diues quia hic transitus ex Germaniâ in Italiam.</p>	<p><b>TRAHONIVM:</b> <i>Trahona</i>, paulo supra <i>Addæ</i> ripam.</p>
	<p><b>PLVRIVM:</b> <i>Pleurs</i>, aut <i>Plurs</i>, &amp; <i>Piur</i>, aliàs Præfecturæ caput, vrbs tota obruta est monte.</p>	
	<p><b>RIPA:</b> <i>Ripa</i>, aliter <i>Mesuola</i>, vbi merces exponuntur, hic ab Hispanis arx excitata erat.</p>	
	<p><b>FANUM S. IACOBI:</b> <i>S. Giacomo</i>, ad Fl. <i>Livo</i>.</p>	
	<p><b>SAMOLICUM:</b> <i>Samolico</i>, ad lacum <i>Clauennam</i>, burgus nitidus, &amp; cultus.</p>	

§. 3. *Grisonum socij.*

DOMINIUM HALDEN-  
STINENSE, *Seigneurie*  
*d'Haldenstein.* } Haldenstinum, seu pendens petra: *Hald-*  
*denstein*, dominum habuit suum, sub  
tutelâ & patrocínio Grisonum; ca-  
strum ad Rhenum, vbi & ponte iun-  
gitur, olim Lantium pagus.

DOMINIUM FROEBERGENSE, } Ragatium: *Ragatz*, ad Fl. *Caming*,  
*Seigneurie de Freuenberg*, } qui mox in Rhenum cadit.  
ad Austrios pertinet. } Fabarium: *Pfeuertz*, Abbatia.

VALLES IVRIS } Munstafunstadia, *Munstafunstal*, nobis Monta-  
TIROLENSIS } *fun*, & Clostalia *Klosterstal*.

BRETIGOVIA } *le Brettigon*, aliter *Prettigon*, & *Rettigon*, vbi ca-  
stellum *Castelz*.

## CAPVT VII.

*Austrasia*, le *Vesterich*.

**A**VSTRASIA *l' Austrasie*, vox corrupta pro *Oostreich*, cui oppo-  
nebatur *Vestrbik* Neustria, quibus verbis appellabatur Fran-  
cia Orientalis, & Occidentalis. Porrò de terminis huius Austra-  
siae non est facile statuere, cum aliquando restricta sit, aliquando  
dilatata. Latissimè sumi videtur in controuersia Dagoberti & pa-  
rentis eius Clotharij. Postea Scaldi, Mosâ, Rheno fluiuis, & Vo-  
geso restricta est, & tum diuidebatur in superiorem & inferiorem.  
*Inferior*, dicta etiam *Mosellana*, & *Tullingia*, Lotharingæ ferè re-  
spondet, reliquæ ditioes in Septentrionem, superioris erant. De-  
mùm coërcita est ad tres Regiones quas tibi exhibemus. In eâ  
olim non tantùm numerabatur Palatinatus Rheni, sed & ditioes  
*Vasgonu*, & *Hunfrunch*; verùm duarum illarum periere limites.

PALATINATVS RHENI, non accepit nomen à voce *Pallas*, seu  
*Capellatio*, cuius meminit Marcellinus; quoniam erat ille versus  
castellum Cattorum, & Mattiorum, sed aut à voce *Pfalz*, quæ *Iu-*  
*risdictionem* sonat, cum inter Iurisdictiones esset hæc nobilissima:  
aut à Castello *Pfalz*, in medio Rheno, quod fuisse putat Clue-  
rius